

ACTA MATRIMONIA.  
lin, et Consistorialia in singulos  
menses, pro  
ECCLESIA OSSINGANA.

DNis Pastoribus Ecclesie Ossinganae,  
Praesenti et futuris, Salutem  
tem \_\_\_\_\_ :

Bipartitus esse debet ex Venerabilis et Ampliss. Synodi decreto Liber iste. Pars prior continet Acta Matrimonialia, s. e. ea, quae Pastor loci in rebus matrimonialibus cum iuratis suis vel ipse componit, vel ad forum matrimoniale Tigurinum perscribit, inserta scilicet epistola sua ad dictum Ven. Consistorium perscripta, itemque responsoria, a foro matrimoniali oblata. Posterior pars complectitur Acta Presbyterialis, s. e. ea, quae prima cuiusvis mensis Dominica, qua viri iurati Communitatum praesentibus, ex lege Magistratus post concionem in templo conveniunt, inter Pastorem et dictos iuratos agunt. Pastor ea in ipso presbyterio vel memoria tenet, vel pacissimis pro memoria libi consignat. Domum vero ubi venerit, manu diligenti et parva in codicem istum perscribat, mentione facta diei, quo presbyterium celebratum, et quid a senioribus circa aedificationem Ecclesiae, et morum disciplinam propositum, quo pacto in super rebus propositis consultum fuerit. Attalibet id usum et apud vos et Successores vestros non loquem. Caute vero, dilectissimi in Dno Fratres, quam maxime, ne vestra vel perordia vel imprudentia, utilissimum illud opus, et vobis ipsis, et populo fiat exosum, aut aedificationis quasi haerens, et vobis ipsorum confusio. Consignatio ista fiat meri pro vobis, non pro alijs. Manus peregrinas ne incurrat. Imprimis Auditoribus vestris exacte laud innotescat, talia ista a vobis consignari. Putarent enim fieri ista in opprobrium suum, et iurati isti redderentur quasi exoti et mali, nolentes ea proderet, quae sibi suisque certissime invidiam crearent. Quod si etiam in aliquo casu speciali metuendum, posse eius consignationem alicui vel homini, vel familiae pro iudicio vestro, id per circumscriptionem aliquam, stylo latino vel mixto, consignet Pastor, ut mentem vestram e plebe asequi possit nemo. Indignationem porro Divinam incurvere se nescit nemo.

